Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

dotes ministri mei Sicuti enu
merari non possunt stellae coeli
et metiri arenam maris sic mul
tiplicabo semen David servum mei
et levitas ministros meos Et
factum est verbum domini ad
Hieremiam dicens Nunquid non
audisti quid populus hic loquu
tus sit dicens duae cognationes
quas elegerat dominus abiec
te sunt Et populum meum despex
erunt eo quod non sit ultra gens
coram eis Haec dicit dominus
Si pactum meum mane diei et noc
tem et leges caeli et terae non
posui ergo et semen Iacob et
David servi mei proiciam Quod
assumam de semine eius principes
semini Abraham Isaac et
Iacob Reducam enim captivos
eorum et miserebor eis

XXXIII

Verbum quod factum est ad Hie
remiam a domino quam
do nabuchodonosor rex
babilonis et omnis exercitus
eius omnesque regnum terae quae
erat sub potestate manus eius
et omnes populi bellabant con
tra Hierusalem et contra omnes
urbes eius dicens Haec dicit
dominus deus israhel Vade et
loquere ad Sedechiam regem Iuda
et dices ad eum Haec dicit dom
inus Ecce ego tradam civitatem
hanc in manus regis babilonis
et succendet eam igni Et tu non
effugies de manu eius sed con
prehensione capieris et in manu
eius traderis et oculi tui oculos
regis babilonis videbunt et
os eius ad os tuum loquetur
et babilonem introibis Attamen
audi verbum domini Sedechia
rex Iuda Haec dicit dominus
de te Non morieris in gladio
sed in pace morieris et secundum
ambustiones patrum tuorum regum
priorum qui fuerunt ante te sic
coburent te et luctu plangent
te quia verbum hoc ego locutus sum
dicit dominus Et locutus est Hie
remias propheta ad Sedechiam
regem Iuda omnia verba haec
in Hierusalem et exercitus regis
babilonis pugnabat contra Hie
rusalem et contra omnes civita
tes Iuda quae reliquae erant con
tra Lachis et contra azecha haec
enim supererant de civitatibus
Iuda urbes munitae Verbum
quod factum est ad Hieremiam a dom
no postquam pepigit rex Sedechi
as fedus cum omni populo in
Hierusalem praedicans ut dimit
teret unusquisque servum suum
et unusquisque ancillam suam He
braeum et Hebraeam liberos et ne
quaquam dominaretur eis ut de
mino eo et in fratre suo Audi
erunt ergo omnes principes et
universus populus qui ingressi
sunt pactum ut dimitterent unusquis
que servum suum et unusquisque an
cillam suam liberos et ultra
non dominarentur eis Audierunt
igitur et dimiserunt Et conversi sunt
de mente et retraxerunt servos
suos et ancillas suas quos di
miserunt liberos et subiugaverunt in famulos et famulas
Et factum est verbum ad Hie
remiam a domino dicens Haec
dicit dominus deus israhel
Ego pepigi fedus cum patribus